



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 147. Continuati Gallorum tumultus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

niacum Comitem, præcipuum publicæ Sæcul. XV.
pestis fautorem compesceret; verum di- A.C. 1418.
vina Justitia severissimo flagello de cædi-
bus in Franciæ regno perpetratis vindic-
tam sumpsisse videtur, quippe a mense
Junio usque ad finem Octobris pestilen-
tia tam atrox fæviit, ut Parisiis plusquam
quadraginta hominum millia, maximam
partem de infima plebe, consumpta fue-
rint.

§. CXLVII.

Continuati Gallorum tumultus.

Ex quo Delphinus a Franciæ Metropoli ^{Suv. Ursin.} fuga se subduxerat, ejus fautores pro ^{Hist. Car. VI} illo strenue dimicabant. Galli vero, qui ^{Monstrelet.} neutri parti adhærebant, nec privatisc. 186. commodis intenti erant, dubii fluctua-
bant, utrum vel Regis imperio, quem Bur-
gundus genio suo obsecundantem habuit,
vel potius proximi hæredis mandatis ob-
temperarent. Nam quo se verterent,
periculum imminebat, ne tanquam rei
ac rebelles proclamarentur. Interim Bri-
tanniae Dux de pace agere cœpit, ejus-
que articuli ad S. Maurum prope Parisios
instruebantur; Verum qui Delphini au-
res importunius occupabant, toti in eo e-
rant, ne concordiæ pacta acceptarentur;
quapropter non nisi trium septimanarum
induciæ fuerunt initæ.

§. CXLVIII.

Histor. Eccles. Tom. XXVI.

D d